

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2156

Auteur(s) : Bayeux (official)

Bénéficiaire(s) : Guillaume Bertran, Fontenay-le-Marmion (seigneur)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1278, 13 juin

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

« Cest une lettre de l'official de Baieux de C sols de tournois de rente sus la prevosté de Breteuil que vendirent Renaut de Blastinguie et sa fame a monsieur Guillaume Bertran, chevalier, seigneur de Fontenay le Marmion (analyse du milieu du XIV^e s.) ». Devant l'official de Bayeux, Jeanne, femme de Renaut de Blastingnie, chevalier, a reconnu que Renaut avait vendu et concédé, pour 30 livres tournois, une rente de 100 sous tournois à percevoir dans la prévôté de Bretteville, à Guillaume Bertran, chevalier, seigneur de Fontenay le Marmion.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Saige Gustave, *Cartulaire de la seigneurie de Fontenay le Marmion*, Monaco, Imprimerie de Monaco, 1895, n° XXII, p. 19-20.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Bajocensis salutem in domino. Notum facimus quod in jure, coram nobis constituta Johanna uxor Regnaudi de Blastingneio militis, de parrochia de Blastingneio, Ebroicensis diocesis, quantum ad hoc se nostre jurisdictioni supponens, spontanea, dicto Regnaudo ejus marito presente et ei auctoritatem prestante, recognovit voluntarie, spontanea, non coacta, quod idem Regnaudus ejus maritus vendidit et concessit et penitus dimisit Guillelmo dicto Bertran, militi, domino de Fonteneto le Marmion pro quatuor viginti et decem libris turonensium, de quibus dicti Regnaudus et Johanna confessi sunt sibi fuisse plenarie satisfactum, centum solidos turonensium annui redditus, percipiendos in prepositura de Bretavilla super Lesiam, videlicet in portione Rogerii Marmion, quondam militis defuncti, et unum modium et quatuor boissellos ordeï ad mesuram de Fonteneto le Marmion annui redditus, percipiendos in molendino de Moe, in portione heredum predictorum, et quatuor solidos turonensium annui redditus super masuram Rogerii dicti Fabri, et quatuor gallinas, quadraginta ova et quatuordecim denarios turonensium super dictam masuram, cum hominagio dicti Rogerii. Quam venditionem, concessionem et demissionem dicta Johanna approbavit, voluit et laudavit et juravit, tactis sacrosanctis evangeliiis, spontanea, non coacta, quod ipsa, ratione doctis, dotalii, maritagii, hereditagii, donationis propter nuptias, seu alia de causa, per se vel per alium, de cetero non veniet contra venditionem, concessionem predictas, nec ipsum Guillelmum, aut ejus heredes seu aliquem alium causam habiturum ab eo super hoc de cetero molestabit aut faciet molestari, et quod in premissis seu aliquo premissorum nichil de cetero reclamabit aut faciet reclamari; volens et concedens quod si secus fecerit, quod nos ipsam ex tunc, nulla monitione premissa, excommunicemus ubicunque se transferat, et faciamus excommunicatam publice nunciari et ei super hoc omnem audienciam in foro quolibet denegari. Et nos ipsam Johannam presentem et concensientem ad omnia premissa et singula tenenda et adimplenda et dapne ad juramentum suum observandum condemnamus. In cujus sei testimonium sigillum curie

Bajocensis, ad petitionem dictarum partium, duximus apponendum. Valete. — Datum et actum anno Domini M° CC° septuagesimo octavo, die lune, in crastino Trinitatis Domini.